

deat contradicere viro, ut ponderat Pereg. ubi sup. nu. 41. Accedente etiam generali ponderatione, de qua apud Capp. Latr. decis. 124. num. 26. & Rota apud Merlin. d. decis. 80. in fine, quod huiusmodi donationes inter conjuges non ita male accipi debeant.

Ponderabam quoque scribendo in causa more Advocati, quod donatio facta erat uxori, eiusque heredibus, quibus donari posse receptum est ex deductis apud Merlin. dec. 664. repet. decis. 9. par. 7. rec. num. 25. quodque propterea, ubi etiam ista dicenda esset donatio causa mortis, five quod etiam in tempus mortis substantia collata esset, unde de consequenti sine dubio, ob pramortientiam donatarii intraret caducatio, neque locus esset transmissioni, adhuc donatio subsisteret debere, utpote facta heredibus non habentibus conjugalem qualitatē, ideoque non prohibitis; Ac etiam quia licet donatio causa mortis, quæ in facto esse consideratur potius ultima voluntas, quam contractus, non sit transmissibilis, sed caducetur, attamen in ipsismet puris ultimis voluntatibus fieri potest transmissibile ex voluntate testatoris id, quod aliis abscque dubio non esset tale, ut pluries habetur sub tit. de fideicom.

Verum reflectendo ad veritatem, magis placebat, ac probabilior videbatur responsio data per scribentes in contrarium, quod scilicet cum donatio concepta esset inter vivos principaliter in persona conjugis, unde propterea iuxta regulam generale Statuti esset in valida, hæredes autem vocati non essent propriis nominibus, & ex motivo personali affectionis, sed accessorie & consecutivè ad personam donatarii, & ob solam ejus hereditariam qualitatē, proinde nullitas, quæ militat respectu principalis, militare etiam dicitur respectu accessorii, seu consecutivi; Contrarium verò procedit, quando hæredes principaliter, & de per se considerati essent. Bald. cons. 39 r. num. 1. lib. 3. Dec. cons. 470. nu. 10. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 21. nu. 23. Menoch. cmf. 84. n. 15. & seq. Thomingius dec. 9. n. 9. cum seq. Berlic. p. 2. concl. 15. nu. 5. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quest. 21. n. 16. Seraph. dec. 369. n. 7.

S U M M A R I U M.

- 1. De Donationibus inter Virum, & Uxorem.
2. De augmento dotis, & donationis propter nuptias.
3. Solemnitas an requiratur in donatione præstationis vitalitæ.

ANNOT. AD DISC. XXX. & seqq.

DE hac materia donationis inter Virum, & Uxorem habentur aliqua in hoc tit. de Donat. disc. 67. & signanter an revocata censetur per clausulam in testamento contentam casibus etc. Et de contentis in disc. 31. de augmento dotis, & donationis propter nuptias etc. late habetur actum sub tit. de dote d. 165. De puncto autem contentum in disc. 32. an solemnitates requirantur in donatione annuæ præstationis vitalitæ habetur in specie in hoc tit. disc. 66.

ROMANA AUGMENTI DOTIS PRO ANNA MARIA THOMASINA CUM NUNTIATA TAGCHINA.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro Anna Maria.

DE eodem Statuto Urbis prohibente donationes inter conjuges, vel sponso, an locum habeat in ea donatione, quam vir uxori faciat sub nomine augmenti dotis.

S U M M A R I U M.

- 1. Acti series.
2. De Statuto Urbis circa donationes inter conjuges, eiusque moderationes.
3. Donatio propter nuptias, vel in augmentum dotis etiam constante matrimonio fieri potest.
4. An dicta conclusio obstat, quod antiqua donatio propter nuptias recesserit ab aula.
5. De distinctione plurium specierum donationis inter conjuges.
6. Qualis sit propriè antiqua donatio propter nuptias.
7. De alia donatione, quæ idem importat, ac lucrum, seu antepthacum.

- 8. De donatio, quod vir faciat mulieri.
9. De donatione ob augmentum dotis, distinguuntur, an ex tractatu ante matrimonium, vel postea.
10. Valida est donatio in compositione inæqualitatis.
11. Nil refert si in verbis dicatur fieri in augmentum dotis, si est voluntaria.
12. Non est immorandum in verbis, sed in substantia veritatis.
13. In prohibitis non creditur assertionibus aliunde non justificatis.
14. De alio casu donationis factæ ex causa dotis per minorem.
15. De alio casu, & an Statutum Urbis de donationibus habeat locum in donatione facta extra locum Statuti.
16. De eodem.
17. De casu, in quo posterior ex causa onerosa debet vincere anteriorem ex causa lucrativa.

D I S C. XXXI.

ANNUM post contractum matrimonium, Franciscus, Nuntius uxori donationem fecit in summa excedente in duplo dotem, quam habuerat, sub narrata augmenti dotis conventi in ipso matrimonio tractatu; Anno vero sequenti censum imposuit ad favorem Petri auctoris Annæ Mariæ, adversus quam pro fructibus decursis intentantem coram A. C. iudicium affociationis ad fundum censum, Nuntia prædicta opponere de retentione pro ejus creditis anterioribus resultantibus, tam à dote, & lucro statuario, quam etiam à dicta donatione, sed augmento, ad quod restricta fuit difficultas, cum super credito dotis, & lucrui nulla caderet questio, neque ad eum impugnetur, dum fundus erat utriusque crediti capax; Verum pro dicto credito exceptio rejecta fuit, atque concessa immisio pro indiviso iuxta praxim, de qua apud Cavaler. dec. 652. & sub tit. de empr. & vend. disc. 11. ac etiam sub tit. de credito, & sub altero de iudicis, & credo quod Nuntia iudicatio acquieverit, dum non audivi amplius actum de causa.

In disputationibus de super habitis, non negabant scribentes pro dicta Nuntia uxore debitoris, in sectionem donationis sibi facte per virum, quando actus stetit in puris terminis donationis, ob expressam dispositionem Statuti Urbis 135. continentis decretum annullativum, ac expressè in ficientis iuramentum, quod præsumit dolo & metu extortit, ut advertitur etiam disc. præc. Iste tamen verò in eadem limitatione in præc. discursu insinuat, quod scilicet ipsum Statutum ad litteram excipit casus, in quibus, attenda juris communis dispositione, donatio inter conjuges subsistat; Atque hunc dicebant esse casum, quoniam de iure prohibita non est inter conjuges donatio, quamvis constante matrimonio sequatur, ubi sit propter nuptias, vel ex causa dotis, eujusque augmenti ad text. in l. si constante, & cum multis de donat. ante nuptias §. est & aliud insit, de donat. cum concord. apud Mant. de dactis lib. 5. tit. 2. n. 3. & 18. Gratian. discept. 490. n. 24. & 29. plenè Rota in Albanen. donationis coram Merlino inter suas dec. 80. repet. post Zach. de obligat. Camer. dec. 245. Ubi excitato motivo, quod illa donatio, de qua iura allegata loquuntur, hodie recessit ab aula, responderet, quod licet id rectè procedat, ad effectum, ut ex juris dispositione peti non valeat, non per hoc tamen, si deducatur in conventionem, invalida sit, & cadat sub legibus prohibentibus donationem inter conjuges.

His tamen non obstantibus, cum sensu etiam veritatis, contrarium dicebam probabilius esse; Ad quod probandum, ac tollenda equivoqua, que desuper cadere possint ac solent, Dicebam, advertendum esse ad distinctionem plurium specierum huiusmodi donationum inter conjuges, vel sponso, quæ occasione agendi de augmento dotis insinuantur etiam in sua materia sub tit. de dote disc. 165.

Prima enim species est illa donatio, quæ in æquivalenti summa seu valore dotis, per virum vel socerum antiquitus, mulieri constituebatur iuxta text. in auth. dei data Cod. de donat. propter nuptias cum concordat. ibidem deductis, & hæc donatio, ut loco citato, ac etiam disc. 145. eod. tit. de dote advertitur, nullam continere viri iacturam, ac de pauperatione, vel mulieris locupletationem, ideoque merito sub huiusmodi prohibitione non cadebat, quoniam sicut solum in recompensam dotis, & pro ejus cautela, dum dotium fideiussores prohiberi erant, ideoque unum de duobus mulier petere, ac assequi poterat, vel scilicet dotem, vel donationem, unde si hanc obtinebat, remanebat in viri patrimonio dos, istaque species ab aula recessit.

Alterà est illa, quæ à quadam consuetudine, præsertim in Italia, à Longobardorum legibus derivata, importat lucrum,

crum, quod alicubi sola mulier in præmium amissæ virginitatis obtinet; Alicubi verò uterque, eventualiter scilicet superflus in bonis præmortientis; Et alicubi solus vir, iuxta iurium municipalium diversam qualitatē, & quæ species, vel nomine lucrui, vel antepthaci, seu cum aliis vocabulis explicari solet, ut latius in dicta sua materia de dote disc. 165. & in aliis ad materiam lucrorum.

Tertia est species illorum donatorum, quæ, attentis pariter legibus municipalibus, vel moribus, inter sponsoles sequi solet ab initio, de vestibus, gemmis, & aliis, vel etiam de aliqua summa post mortem viri assequenda, & quæ species sub vocabulo sponsalitiæ largitatis, vel donativi, seu arrarum, explicari solet, Et in hac pariter dicta prohibitio non cadit, cum totum videatur pars contractus matrimonialis.

Quarta demum (ad rem,) est donatio, quam vir uxori, vel sponso sponse faciat pro augmento dotis ex privata conventionē, abique eo quod ius municipale, vel mores regionis ad id cogant, five impellant; Et tunc si talis conventio accedat ab initio, priusquam contraheretur matrimonium, quod sub tali lege contractum sit, & pariter donatio sub dicta prohibitione non cadit, sed valida est, tanquam cautiva, & pars contractus matrimonialis, fortè etiam non sequenti, unde propterea hoc augmentum ab initio dicitur vera dos, ut advertitur disc. 165. de dote; Atque si de tempore matrimonii accesserit tractatus, super quo deinde, matrimonio constante, ac in ejus executionem, ad huiusmodi donationem deveniatur, tunc de validitate dubitandum non est, atque hic est casus, de quo agitur apud Merlin. in d. Albanen. dec. 80. quod scilicet præcedat conventio, in cuius executionem postmodum, constante matrimonio, donatio facta erat.

Multo verò magis, ubi aliqua probabilis ratio accedat, puta compensandi inæqualitatem resultantem à nobilitate, vel ætate, seu forma, aut infirma valetudine, cum tunc neque intret terminus donationis, sed dicatur contractus merè correlative, tanquam per speciem emptionis, & venditionis dictæ inæqualitatis, adeoque mulier donataria de sua id obtinere dicitur, & non subiaceat dispositioni text. in l. femine C. de secundis nuptiis, & aliorum iurium disponentium de eis, quæ conjux superflus ex liberalitate, ac substantia prædefuncti obinuerit, ut sub tit. de dote disc. 27. & sub tit. de successibus.

Ubi verò illa donatio, præcedentis conventionis necessitate non urgente, ex nuda voluntate fiat, tunc de plano intrat, tam juris communis, quam Statutariis dispositio, non obstante quod donatio sub pallio, seu vocabulo augmenti dotalis facta sit, seu alius intuitu matrimonii, quoniam lex non est imposita verbis, sed rebus iuxta text. in l. h. C. de Uxor. ideoque rerum vocabula attendenda non veniunt, sed inhærendum est substantiæ veritatis, ut advertitur pluries in præcedentibus, præsertim disc. 24. ubi quod si in effectu contractus est onerosus, & correlative, nil refert, quod in verbis nuncupetur donatio, ità è converso, ideoque huiusmodi donationes sub dicto vocabulo velata, habendæ sunt tanquam pure, ut apud Coccin. dec. 433. & 479. Buratt. dec. 422. n. 12. & 13. & dec. 782. & 925. cum aliis de quibus supra disc. 26. & sub tit. de dote disc. 18. Et conferunt ea, quæ frequenter eod. tit. de dote præsertim disc. 159. habentur in materia confessionis dotis, quæ cessantibus adminiculis redoler implicitem donationem ita factam ad fraudandam legis prohibitionem, quoniam ut dictum est, negligenda veniunt rerum vocabula, sed attendi debet substantia veritatis, ne alias quod directè est prohibitum, indirectè fieri valeat, atque ità fieri fraus legi, quæ solis verbis, non autem rebus imposita esset.

Et quamvis in hac donatione diceretur, eâ sequi ex præcedenti tractatu, & conventionē ante matrimonium, iuxta casum, de quo in d. dec. 80. Merlini; Facilis tamen erat responsio, quod scilicet sola assertio Partis aliunde non justificata nullum in prohibitis facit probationis gradum ex iis, quæ habentur d. disc. 159. & in aliis pluries d. tit. de dote, in materia dotis confessatæ, cum aliis ad aliud propositum apud Orthob. dec. 6. n. 10. & latius dec. 224. n. 7. p. 10. recent & pluries sub tit. de alienat. & contract.

Hinc proinde in una Asculana, consultus pro veritate, an similis donatio in augmentum dotis, facta per virum uxori, subsistat illi Statuto, vel Constitutioni Egidiandi ob donatoris minorem ætatem; Respondi sine dubio affirmativè, quamvis etiam ab initio ante matrimonium ita contentū esset, quoniam in materia solemnitate à Statuto requisitarum, dos privilegiata est quoad mulieres majores, læcus

autem quoad minores, quorum respectu attenditur causa necessaria, unde propterea, ubi actus est voluntarius cadit, sub prohibitionē, ut in dicta sua materia sub tit. de dote; Multo magis ubi concurreret dicta circumstantia, quod factus esset post jam contractum matrimonium, abique eo, quod præcedens conventio urget.

Et in una Romana Dotis, seu Augmenti pro Creditoribus Petri Angulini Donati, cum ipsius debitoris uxore; Cum d. Petrus Donatus Romanus, uxorem duxisset Joannam Mariam Reatinam, animo eam traducendi ad proprium domicilium, (ut jam sequutum fuit,) atque post in eum contractum dotalem in ipsamet Urbe, nec non contractum, atque consummatum matrimonium in patria mulieris, ad aliquos dies, ibi vir donationem fecisset uxori, vel nomine augmenti dotis de summa ipsam dotem excedente, pro qua ad aliquos annos, tanquam anterior, creditores viri excludere prætendebat, eò quia Reatina Civitas esset extra districtum, ideoque non intraret Statutum Urbis, sed procedendum esset cum juris communis dispositione, qua attendenda non poterat de actus validitate dubitari, stante iuramento, per quod hodie in foro receptum est, cessare juris civilis prohibitionem, atque donationem quamvis puram, & voluntariam, inter conjuges valere.

Dicebam Ego scribens coram A. C. pro creditoribus, (non negando dictam conclusionem, circa operationem iuramenti, quatenus Statutum Urbis non intraret,) ut probabilis diceretur videtur, statuto locum fore, quoniam quod quid sit de questione in abstracto, an illud inhabilet civis Romanos ejus subditos contrahentes extrà territorium, talis questio caderet, quando actus, extra Ditionem statutis initus esset animo contrahendi cum non subdito, qui in proprio domicilio ibi permansurus, non tenetur indagare iura municipalia alterius contrahentis, ideoque sciens in loco contractus aliud non habere obstaculum, nisi illud resultans à jure communi, rectè se vit sublatum esse cum iuramento; Hoc autem ad rem non videbatur applicabile, cum contractus dotalis initus esset in Urbe, pro patrimonio in eadem Urbe effectum sortituro, dum ibi destinata erat continuatio domicili, ac successivè mulier tanquam viri domicilium sequens, istius loci, saltem destinatione, subdita effecta erat; Et consequenter, quod intraret ratio Statuti, quod ejus subditis providere voluit, nec cum donationibus erga conjuges depauperarent, iuxta ponderationes, de quibus in terminis statuti moderatori dictum habetur sub tit. de dote disc. 23. & 143. Quodque ibi contractus initus esset affectatè ad fraudandum statutum, iuxta ea, quæ habentur eod. tit. de dote disc. 17. & sub tit. de alienat. & contr. ubi de hac materia contractuum extrà locum statuti abique istius solemnitatibus.

Vel quod, ubi etiam actus esset validus, attamen, cum donatio inita esset constante matrimonio abique præcedentis tractatus, & promissionis necessitate, ità, ut supra, remaneret pura, & merè voluntaria donatio, & consequenter, quod ex facti circumstantiis, amplectenda esset opinio, ut ista mulier tanquam creditrix ex causa lucrativa postponenda esset creditoribus posterioribus ex causa onerosa, ut in hac eadem causa habetur actum in sua materia sub tit. de dote disc. 31. Ità ad rem concludendo, quod absolutum esset, ut non obstante affectatè pallio augmenti dotis, esset pura, ac voluntaria gratuita donatio.

ROMANA VITALITÆ PRÆSTATIONIS PRO JOANNE BODESSON CUM N. VILLEROY.

Casus disputatus coram A. C. & Sapius per concordiam.

AN Statuta Urbis certam formam, vel solemnitate præscribentia in donationibus, locum habeant in donationibus, quæ fiunt clericis, & personis ecclesiasticis; Et in specie in donatione, vel promissione quæ fiat Moniali annuæ vitalitæ præstationis Monialibus assignari solitæ.

S U M M A R I U M.

- 1. Acti series.
2. Quæ solemnitates requirantur in Urbe in donationibus.
3. Dictæ solemnitates requiruntur etiam in remissione debi-



anno 1619. instituta herede Portia uxore, quae obiit de anno 1646. neque per eam, neque per quatuor communes filios, ac haeredes, usquequo tam dictus Petrus Franciscus, quam Pompeus Gallicani Princeps eius filius vixerunt, ali- quod petium, vel innovatum fuit. Dicitur autem Pompeo defuncto de anno 1660. scripto habere Stephano Columna Duce Bassanelli filio Principis Carboniani, cum per talem mortem devoluta essent feuda existentia in dicto Regno, & consistencia in dicto Comitatu Nicolai, & in Strata Pacen- tri, per dictum Petrum Franciscum quæsitio, juxta seriem, de qua in d. Romana seu Praesentia, proindeque efformatus esset concursus creditorum dictorum Statum super aliquibus bonis allodialibus in illa Regia Camera Summaria, hinc inter creditores comparerunt præfati filii Octavii, vel eorum aliqui pro dicto credito in sorte, & fructibus, atque tam Stephano herede, quam creditoribus opponen- tibus nullitas præfate donationis, à qua de consequen- tiæ refutabat nullitas dicti crediti, non absque votorum scissura, emanavit sententia ad favorem Actorum super donationis validitate, & crediti substantia, super qua pendet discussio nullitatum juxta illum stylum.

In hoc autem judicio, dicti Stephani hæredis, & credito- rum posteriorum defensores plura deducebant; Primum scilicet de dictæ donationis invaliditate tam respectu Mar- tii, quam Petri Francisci, ex defectu inscriptionis de- mandatæ à Statuto Urbis 150. Secundò de invaliditate dicti census, seu redditus ob non servatam formam Bulla- rum Nicolai V. & Pii V. Et tertio, de præsumpta satis- factione ex pensionibus affectus Civitatis Sarni ut supra, ac etiam ex longissimo silentio ad terminos text. in l. Pro- cula ff. de probat. Et quartò respectu Petri Francisci mino- ris deducebant in terminis juris communis pro infringendo contractu inito in Civitate Neapolis, (ubi Statuta Ur- bis non intrant, neque lex particularis super donationum forma habeatur) restitutionem in integrum ex causa mino- ris ætatis, ac etiam læsionis, concurrente potissimum etiam metu reverentialis paterno.

Desuper autem ex parte dicti hæredis consultus, in Re- sponso tradito in forma discursiva, potius ad instructionem, seu notitiam opinionum, cum quibus vivitur in Curia super interpretatione Statutorum Urbis, ex quorum forma non servata donationis invaliditas deducebatur. Insuper (pro- style) quod semper meliora sunt motiva facti, quibus con- currentibus, imprudens consilium est assumere disputatio- nis articulum juris, in quibus ob tot Scribentium, ac in- geniorum varietatem, species casus fortuiti est victoria, semper incerta; Hinc proinde casus principaliter insinuan- dum esse in tertio motivo satisfactiois refutata à dicto af- fectu Sarni, qui docebatur effectuatus, cum ita de plano, donec actores docerent de negativa, seu non continuatione, in hac materia apud notissimas decis. 13. Afflicti 105. Surdi 124. Merlini, apud Capyc. Latr. consult. 46. & fre- quenter sub tit. de credito, pro corroboracione dictæ novæ conventionis post litem, dictique affectus effectuacione, non autem solâ, ac de se juxta generales allegatis decisio- nis in d. l. Procula ff. de prob. cum quibus in præfatis Petrum Franciscum de anno 1613. ac subsequens in M. Curia super liquidacione instrumenti, consistat, quod tunc debitum non esset satisfactum, illudque tanquam indebitum impugnatum esset, hinc proinde dicta præsumptio non intrat, quoniam non præsumitur solum illud debitum, quod præterditur non deberi, ac impugnatum est, ut ceteris relatis Rota dec. 192. in fin. & dec. 219. num. 11. post Zacch. de oblig. Camer. & apud Dunoz. decis. 849. nu. fin. & sæpius in sua materia sub tit. de credito, etiam in fortioribus termi- nis præscriptioibus statutariis, quæ in Urbe habetur.

Ita enim, stante dicta nova conventionem post impugna- tionem, tanquam per speciem concordia, cessabat dicta dif- ficultas, quæ ab impugnatione resultabat, unde propterea clarior intrabat ea, quæ habentur apud Merlin. d. dec. 124. repetit. dec. 124. post Fenzon. ad Statuta, quod scilicet quam- vis præscriptio Statutaria cesset per interpellationem, ac li- tem, atamen postquam creditor obtinuit, ex tunc nova incipit præscriptio, seu præsumptio, quæ facilius intrat, quoniam dum ita constat creditorem diligentem fuisse, li- tem etiam subsistendo, ob quam, ut notum est, ultra il- lum impulsus, qui resultat ab interesse burfali, causatur al- ter, non commiserandi, neque benevole agendi cum colli- gante, ita fortius præsumptio intrat; Et quidem attentis

aliis facti circumstantiis simul junctis, mihi videbatur, quod esset veritas indubitata quæ palparetur manibus, bene agni- ta per plures ex Judicibus, si non majorem, sanioram ta- men partem constituentibus; Verum quia vota numeran- tur, & non ponderantur, idcirco id non profuit.

Quatenus verò agendum esset de articulis juris super di- ctæ donationis invaliditate; Quoad primum motum in- scriptionis, quod indefinitè præcubatur, tam Martium, quam Petrum Franciscum; Cum Scribentes pro actoribus potissimum fundamentum constituerent, vel in præsumptio- nem resultante à lapsu 30. annorum, vel quod alleganti nulli- tatem incumberet onus probandi negativam, ex ratione in- sinuata supra d. 29. quod scilicet cum hic actus possit, imò debeat sequi ex intervallo, ac per instrumentum separatum, idcirco possibilitas negativam excludit, probari solitam ex ipso actu, quando solemnitas præcisè contemporanea esse debet; Dicebam, etiam in sensu veritatis, neutram ex hu- jusmodi responsonibus habere subsistentiam; Quo enim pertinet ad primum super præsumptione resultante à longis- simi temporis decursu, ut habetur pluries infra sub tit. de alien. & contrari. ac etiam sub tit. de jurisdic. d. 24. & frequenter alibi, solus lapsus temporis apud non est ad hu- jusmodi præsumptionem inducendam, nisi etiam accedat pacifica, & continuata observantia, de qua constat per probaciones veras, non autem præsumptas, atque per actus uni- vocos, non autem æquivocos, ne datur specialitatem, seu præsumptionem cumulus, de qua observantia in præfatis non constabat, sed potius de contrario, ut supra.

Et quoad alteram responsonem, cui scilicet in cumberet onus probandi hujusmodi solemnitas affirmativam, vel negativam, deducebam eadem, quæ habetur supra d. d. 29. super distinctione Actoris, ac Rei, & consequenter, cum adversarii agerent pro donationis observantia, tenebatur docere de illa valida, juxta auctoritates ibi deductas.

Verum, reflectendo ad veritatem causæ defensoribus in- sinuatam pro direccione, nimium dubitabam de hujus motivi relevancia ex triplici difficultate; Primum scilicet, quod secundus actus gestus in Civitate Neapolis, ita vim haberet insinuationis, eamque suppleret, quoniam ut ad- vertitur d. 28. & alibi supra, illa introducta est ad ce- rtificandum de perseverantia liberæ voluntatis donatoris, quæ certificatio ita resultare dicitur, ut de geminatione habente vim insinuationis advertitur cæteris relatis apud Gratian. d. 531. n. 13. & 34. apud Buratt. dec. 640. n. 8. quod ex- penditur infra d. 60. ubi generaliter de insinuatione.

Secundò, quod in Civitate Neapolis factus fuit dictus se- cundus actus ratificativus, etiam tanquam ex integro, ibi- que vigente solum dispositione juris communis, insinuatio- nis necessitas cessat ex juramento, ut pluries advertitur in præcedentibus, cum sit hodie conclusio in foro recepta.

Et tertio, quia donatio jam suum effectum sortita fuit ob conversionem pecunie in ea solvi promissa in alium contrah- tum censualem, unde propterea intrat formalis novatio, per quam juxta plures deducta in præcedentibus fingitur, 11 quod pecunia, quæ de priori causa debita erat, soluta sit, ea- que brevi manu denuò data solventi, tanquam pretium cen- sus, vel redditus quæsit per creditorem, seu donatarium, qui propterea ejus actionem non fundabat in priori donationis contractu, sed in altero posteriori census, vel annui redditus, pro cuius impugnatione debitor allegabat indebitum, ex quo ipse secundo contractus initus erat, qui ita remanebat sine litte ob invaliditatem primi, impugnando secundum tan- quam per speciem repetitionis indebiti; Et consequenter ipse reus in ejus replicatione erat auctor, deducendo pro funda- mento vice exceptionis, vel replicationis dictum insinua- mento defectum; quem proinde juxta superius insinuatam distinctionem justificare tenetur, quamvis in negati va con- sistat; Sic enim, ubi auctor bene fundavit actionem, reus, qui ad eam elidendam deducit exceptionem, in ista dicitur actor concludens probationis onere gravatus, ita est con- verso, ubi reus fundavit exceptionem, actor autem de eam elidendam deducit replicationem debet eam concludenter probare, juxta vulgaria, passim; recepta axiomata, de qui- bus apud Mantica dec. 251. Gregor. & add. dec. 228. dec. 25. num. 2. par. 7. rec. & passim; Ideoque, licet Scribentes in ista causa, tam ante sententiam, quam postea super ejus impugnatione, ac subsistentem respectivè doctè quid- dem, ac elaboratè (parum autem commendabili prolixo, ac evagatorio stylo) penè volumina consecerint, edendo quamdam speciem tractatus de materia insinuationis, at- tamen pro meo sensu videbatur labor inanis, quodque mo- tivum periculosum esset.

Pariter inanem credebam laborem super altero motivo invaliditatis secundi contractus censuales, seu annui reddi- tus super defectu resultante à forma præscripta in Consti- tut. Pii V. de censibus; vel ab altera Nicolai V. cum qua Tribuna lia secularia supponunt, ac receptum habent in eo Regno procedendam esse, ob usu non receptam Con- stitutionem Pianam, saltem circa formam pecuniæ nume- ratæ, ac pacta rescissoria, ex iis, quæ habentur in sua ma- teria sub tit. de censibus, dum hæc inspectio parùm prode- rat; Tum quia ea poterat, quidem impedire cursum fru- ctuum, non autem tollere debitum in sorte principali, cujus extenuatio præteriri non poterat ex imputatione fru- ctuum indebitorum, cum de solutione non constaret.

Tum etiam, quia, ut pluries advertitur in dicta sua ma- teria sub tit. de censibus, sub altero de usuris; cum in eo Regno, ejusque Tribunalibus laicalibus receptum sit, ut requisita lueri cessantia posita per Catresem in l. 3. ff. de eo quod certo loco, tanquam notoria non egeant illa specifi- ca probatione, quam Romana Curia desiderat, hinc pro- inde data mora, datur cursum interfuriorum, & consequen- ter nihil, vel parùm refert contractum subsistere uti cen- sualem, vel remanere creditum productivum interfurio- rum, nisi in eo effectu (qui notabilis etiam est,) ut hoc fe- cendo casu nõ curant fructus fructuum, sive, ut ibi dicunt, interesse tertiarium, sicut in censibus passim datur, ut in præfatis propriis respectivè materiis advertitur.

Igitur dicebam punctum consistere in validitate, vel in- validitate donationis, tanquam in radice, seu causa produ- ctiva crediti; Si enim donatio invalida erat, unde propte- rea nihil deberetur, utique secundus contractus ad solos terminos Bullæ Nicolai, ac pragmaticarum illius Regni (etiam omnino seclusa Bulla Pia,) remanebat invali- dus, quia sine pretio, seu proinde debito; Si verò donatio subsisteret, juxta opinionem, quæ ibi firmiter teneretur, & quam saltem implicite per facilem concessionem fanato- ris non omnino improbat Romana Curia, & tunc secun- dus contractus validus remanebat.

Super iis, quæ concernunt tertium punctum præsumptæ solutionis, laudando præ omnibus istud motivum, ut potè facti, ideoque solidius, breviter insinuaabam ea, quæ supe- rius habentur, atque, reflectendo ad facti circumstantias, mihi tanquam dicti Pompei Principis Gallicani penè ab ipso initio Advocacionis clientis, informato, ac firmum videbatur sensu veritatis, omnino solutum, ac firmum videbatur, quodque reverta ista præfatio contineret catharum ve- terem revolutionem post defunctos eos, qui informati erant, contra hæredem ignarum.

Solidum quoque videbatur quartum motivum impugna- tionis dictæ donationis ob Petri Francisci filii minorem ætatem, tam de jure Statutario Urbis, quam etiam de jure communi; Quamvis enim istud fundamentum non tol- leret actionem ad bona Martii patris, cujus respectu illud non intrabat, at tamen erat actio inanis; cum istius bona absorpta remanerent à creditis anterioribus, etiam ipsi sum- met Petri Francisci & aliorum, ideoque punctus erat in infringenda filii non autem patris obligatione.

Motivabam ego, quod cõ ageretur de contractu censua- li, seu annui redditus perpetui, attento jure Statutario Ur- bis, sufficientes non erant jam adhibita solemnitates, quæ in contractibus minorum præscriptæ sunt per Statutum 151. in isto donationis contractu cumulativè desiderata, cum aliis solemnitatibus, quæ per Statuta 149. & 150. deside- rantur in donationibus, quæ etiam à majoribus, & non prohibitis fiant, ut occasione donationis factæ per muliere advertitur pluries in præcedentibus, præsertim d. 27. & 28. Sed requiruntur etiam alia solemnitates præscriptæ in Statuto 113. in alienationibus bonorum stabilium, quæ per minores fiunt; Quamvis enim apud nostros majores utrum- que assumptum sub quaestione fuerit, Primo scilicet, an Statutum 113. compatibile ut cum altero Statuto 111. adeo ut utriusque forma cumulativè impleri debeat, necne; Et se- cundò, an idem Statutum 113. quod loquitur de alienatione stabilium conveniat impositioni census; At tamen utra- que quaestio hodiè sopita est, atque extra controversiam remanet, ut utriusque Statuti solemnitates necessariae sint, & sub nomine alienationis stabilium veniat etiam census impositio juxta plures deducta in sua materia sub tit. de alienat. & contrari. præsertim in Romana census d. 28. deducendo in hoc discursu easdem rationes, & auctorita- tes ibi deductas, cum de hoc tempore illa causa jam dis- purata, & decisa esset.

Insinuaabam tamen, quod motivum videbatur periculo- Card. de Luca Lib. VII.

Par-

sum, quamvis laudarem, ut deduceretur, ex pluries insi- nuata ratione, ob quam Advocati omnia motiva, quamvis pro eorum sensu levia, deducere, & colere debent, ob inge- norum scilicet varietatem, in dies edocentem, quod solidis, beneque fundatis motivis neglectis, levia, & fallacia plu- rum habent, unde propterea justitia, quæ ex aliis verè adest, ita per viam quamvis indirectam, (dummodo tamen facti mendacium abfit,) locum obtineat; Siquidem in Urbe mi- nor fecerat donationem quantitatis, pro cuius solutione postmodum in diverso loco, ac extra jurisdictione statuen- tium diversum contractum censuum, ut supra inierat, & con- sequenter motivum remanebat sine congrua applicatione.

Bene tamen solidum, & applicabile credebam alterum resultans à Statuto 151. quoniam licet in hac donatione, ul- tra formam præscriptam à Statuto 149. adhibita quoque es- sent solemnitates materiales præscriptæ in dicto Statuto 151. circa scilicet decretum judicis, ac interventum curatoris ob defectum proximiorum, at tamen deficiente solemnitas magis substantialis ab eodem Statuto requisita circa justa causam, quam hodie receptum est requiri veram de facto, & de jure, ideoque esse debet utilis, vel non damnosa, ex iis, quæ in his terminis donationis factæ per mulierem ha- bentur supra dicto d. 27. & 28. ideoque nihil referent inter- venisse judicem, ac proximiores, vel curatorem, nisi adimpleatur finis, ob quem Statutum id præcipit, cum interventus ceremonialis ad nil deserviat, ut pluries in sua materia sub tit. de alienat. & contrari. Ideoque cum ista donatio nullam haberet causam probabilem, à qua vestigia remaneret juxta ponderaciones, de quibus in dictis d. 27. & 28. quas in præfatis etiam discursu deducebam, ita nullitas remanebat indubitata.

Major autem difficultas oriri videbatur ex secundo con- tractu inito in Civitate Neapolis, ubi non intrante hoc sta- tutario jure, in hoc proposito vivitur cum sola dispositio- nis juris communis, qua attenta juramentum tollit ea, quæ per jus civile in contractibus minorum disposita sunt, ad vulgarem text. in auct. Sacramenta puberum Cod. de Sacros. Eccles. & cap. per vestras de donat. inter vir. & ux. & sub tit. de alien. & contrari.

Credebam tamen, etiam sensu veritatis, motivum ad- huc subsistere, cum iste secundus contractus initus esset in ratificationem primi facti in Urbe, ac pro illius implemen- to, & satisfactioe, ideoque debebat intrare veram, at- que receptam conclusionem, ut ratificatio contractus in- validi non attendatur, nisi consistet de certa, & explicita scientia nullitatis tam facti quam juris, adeo ut consistet de determinato animo ratificantis facienti secundum actum ex integro omnino independentem à primo, secus autem ubi cum ejus præsupposito, ac in executionem, putansse obligatum, cum ita dicitur deservire consensus, atque in- tret ratio falsi præsuppositi, ut cæteris relatis add. ad Gregor. decis. 208. n. 9. add. ad Buratt. dec. 110. nu. 15. apud Orthobon. dec. 204. n. 5. 9. & 14. dec. 80. p. 10. n. 2. & 3. & dec. 98. n. 7. p. 11. rec. & habetur pluries intra in dicta sua ma- teria sub tit. de alienat. & contrari.

Et quamvis in hoc secundo contractu (juxta consuetas Notariorum formulas in ratificationibus adhiberi solitas,) dicebatur, quod ne dum prima donatio ratificabatur, sed quatenus opus esset, nebat de novo; At tamen juxta ea, quæ in proposito confirmationis actus in validi, cum clausula, & quatenus opus sit de novo concedimus, habentur sub tit. de feudis d. 4. & in proposito illius donationis, quæ ad- dicto solet in contractu emptiois, & venditionis super con- tracto pretio, ut scilicet si plus valet, venditor donat. &c. ut apud Duran. decis. 121. n. 20. & segg. decis. 128. num. 213. p. 4. recen. tom. 2. late in Romana rescissiois transactiois 16. Junii 1651. coram Cerrado f. non obstat, quod læso; Sive in illa translative renunciatione, seu donatione, quæ adiciatur renunciationi hæreditatis viventis, ut in sua ma- teria sub tit. de renunciat. cum similibus, hujusmodi clau- sulæ seu cautelæ, tanquam accessorie, ac potius de stylo, seu formulario adici solite, corruant, corruente ipso actu principali, ac operative non sunt, nisi consistet de enixa, & determinata voluntate, ut supra faciendi ex integro, ac principaliter hunc alium actum independentem à primo, quamvis certa scientia illius invaliditatis habeatur.

Verum, ubi etiam, secluso hoc jure statutario, cum puris terminis juris communis procedendum esset; adhuc dice- bam in validitatem videri certam non obstante juramento, quod ubi intervenit magna læsio, operativum non est, un- de, vel intrat invaliditas contractus ratione doli præsumpti, ab anormissima læsione resultantis, vel beneficium restitu- tionis

E

tionis in integrum ad communiter notata per Canonistas in cap. cum contingat de iurejur. & habetur pluries infra in dicta sua materia sub tit. de alienat. & contrah. ita insinuando motum, cum ageretur de discursu directo Advocatis, ac viris doctissimis, qui hodie istas nimium notas conclusiones, (ut dici solet.) in extremitate digitorum habent, adeo ut legale inopia videtur desuper allegationum cumulum facere, idque transcripserunt, seu collectorum potius quam DD. minus conspiciuntur.

Addito etiam motivo metus reverentialis, qui solus, ac de per se ex viorentia, accedente juramento, nullius est operatio, sed accedente laesione, satis considerabilis est ex relatis per Rovit. pragm. 1. ad Macedon. Capyc. Latr. consuls. 54. n. 11. cum seq. Buratt. dec. 751. n. 14. ubi Ad-den. ltr. C. cum aliis in dicta sua materia sub tit. de alienat. & contrah. ubi articulus metus reverentialis examinatur.

ROMANA LEGITIMÆ PRO MAGDALENA VIALARDA CUM ISABELLA SORORE.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro Magdalena.

De eadem materia solemnitate adhibendarum in donatione facta per mulierem per Statuta 149. 150. & 151. an requirantur in donatione causa mortis. Vel in ea tacita & virtuali donatione, que resultet a reservatione alicujus juris vitalitatis, seu alias ad favorem post mortem ipsius donatoris; Et de dicta donatione implicita resultante a reservatione, quæ fiat in officiis, vel locis montium, seu censibus vitalitatis ad favorem alicujus, & de juriurum vitalitiorum estimatione, ad effectum calculandi bona donata pro legitima filiorum.

S U M M A R I U M.

- 1 Adli series.
2 De estimatione juriurum ad vitam juxta computationem text. in l. hæreditatum.
3 Pro legitima debentur fructus ipso jure de bonis fructiferis.
4 Bona donata ponuntur in calculo ad augendum autem pro impingenda legitima.
5 De solemnitatibus requisitis ex Statutis Urbis in donationibus præsertim mulierum.
6 Resolutio causæ, ac sensus proprius.
7 De donatione, quæ resultat a reservatione juriurum, quæ fiunt ad favorem alicujus.
8 Jura vitalitatis solent per aliquem emi ad commodum proprium in faciem alterius.
9 Solemnitates statutarie non requiruntur in donationibus consecutivæ, & virtualiter resultantibus ab alio actu.
10 Quod sit donatio causa mortis illa, de qua n. 7. & non exigat solemnitates.
11 In donationibus causa mortis non requiruntur solemnitates, & de ratione.
12 Vera ratio ob quam dicta virtualis donatio non exigat solemnitates.
13 Ea donatio, quæ de facto fiat manualiter, non exigat solemnitates.
14 Impugnatur ratio, seu conclusio, de qua n. 10. ut ista implicita donatio sit causa mortis.
15 Impugnatur valutatio juriurum ad vitam juxta modum, de quo n. 2. & de ratione.
16 Jura ad vitam plurimum personarum plus æstimantur.
17 Quomodo valutatio juriurum ad vitam fieri debeat.

D I S C. XXXIV.

Acquisivit Felice, mediante pretio scutorum 600. cum Ecclesia Picenorum annuum censum vitalitium scutorum 48. ad vitam, tam ipsius Felicis, quam Septimie, & Magdaleenæ ejus filiarum, cum jure accrescendi, vel non descrescendi inter eas, quibus ex tunc dictus census post ipsius Felicis vitam acquisitum hæc, ac spectare & pertinere stipulatum est. Morta vero dicta Felice, instituta heredi universali dicta Magdalena, defunctaque etiam antea dicta Septimia, superstiti Isabella altera filia, inter has sorores orta est controversia super detractioe legiti-

mæ, quam Felix Isabellæ tantum reliquit, illaque sopita super aliis bonis, ad plures annos, eadem Isabella novam excitavit præsentionem super legitima sibi debita, etiam ex hoc censu, tanquam remanens in hæreditate matris; Introducta lite coram A. C.

Scriptores pro adrice calculabant sibi deberi (stante numero duarum filiarum) medietatem trientis, five sextam partem in forte, quam dicebant importare scuta 100. dum census, ut supra empus erat pro scutis 600. quatenus attendendum veniret pretium acquisitionis, sin minus dicebant illum in forte valutandum esse, attento tempore mortis matris juxta computationem textus in l. hæreditatum ff. ad leg. falcid. habita ratione ætatis ejusdem Magdaleenæ conventæ, ad cuius vitam durabat, dictamque computationem pro æstimatione juriurum vitalitiorum faciendam esse probabant cum auctoritate Rotæ apud Cavaler. dec. 387. cum qua in aliis quandoque processum fuit.

Et de consequenti dicebant, debitos esse fructus interim decursos, atque per dictam hæredem perceptos, quoniam cum legitima sit quota bonorum jure domini ab ipso instanti competentium, quoties illa sunt fructifera, veniunt fructus ab initio ipso jure, non ratione moræ, sed ratione domini tanquam ejus sequela ea deductis apud Otthobon. dec. 38. & 81. & in sua materia sub tit. de legitima & detractioribus pluries, ac etiam sub tit. de feudis disc. 108. & alibi.

Sciens ego pro Magdalena reæ conventa, dicebam, etiam cum sensu veritatis, quod in omnibus æquivocabatur, quodque adrice aliud debitum non esset nisi ex aliis bonis hæreditatis, quæ erant infructifera, utpote consistentia in mobilibus, & omnibus debitorum, rata duarum unciarum valoris hujus census, juxta valuationem de tempore mortis matris, quoniam ipse census utpote in ipsa creatione donatus filiabus, de ipsorum dominio effectus erat, & non remanserat in hæred. rate; Et consequenter legitima in illo prædendi non poterat, sed (solum) ejus valoris ratio habenda erat, ad effectum, ut poneretur in calculo assis hæreditarii pro impingendo legitimam, detrahendam tamen ex aliis bonis remanentibus, non autem de bonis donatis, nisi in subsidium, quatenus alia non sufficerent juxta conclusionem, de qua cæteris relatis Sard. cons. 332. nu. 14. Rovit. dec. 100. n. 20. Rota dec. 86. post Merlin. de legitima dec. 57. & 136. p. 111. rec. & pluries in dicta sua materia sub tit. de legitima & detractioribus.

Cum autem ex hoc resultaret, ut non intraret pertinencia fructuum, super quibus ob plurimum annorum decursum, major erat præsentio potius quam super rata fortis principalis, hinc proinde ad hunc effectum, quodque census dicendus esset hæreditarius, recurrerebant ad dictam per me allegatam donationis in validitatem, ob non servatam formam, quæ in donationibus etiam factis per viros majores non prohibitis in Urbe requiritur per Statuta 149. & 150. multo vero magis ubi agitur de muliere, in qua requiruntur etiam solemnitates generaliter in omnibus contractibus præscriptæ per Statutum 151. ut advertitur discurs. præced. & discurs. 27. & alibi.

Verum, eodem veritatis sensu retento, dicebam istud fundamentum quoque corrui, & consequenter quod aliud peti non posset, nisi dicta rata valoris in aliis bonis, ut supra, quodque valor æstimandus esset judicio peritorum attento pretio, pro quo census acquisitus erat, minusque attenda dicta computatione facta per dictum textum in l. hæreditatum, cum id contineat æquivocum manifestum, atque ita juxta meum sensum judicatum fuit.

Examinando siquidem dictos punctos seu articulos; Quatenus pertinet ad illum implicitæ donationis census resultantis a reservatione, quam mater fecerat ad favorem filiarum, deducebam eadem, quæ in hoc proposito habentur pluries deducta sub tit. de Regalibus ad materiam officiorum, præsertim disc. 24. & ad materiam locorum Montium præsertim disc. 24. super acquisitione officiorum, vel locorum montium, quæ abque libera & indefinita reservatione decreti, vel dispositionis, per aliquem de propria pecunia acquisitis, fiat in faciem, ac respectivè favore alterius, ut ita ad istius favorem implicita donatio adesse dicatur cum eadem quæ ibi habentur de officiis, vel locis montium vacabilibus ac vitalitibus, ob omnimodam rationis identitatem, procedant in censibus vitalitibus, quoties conventum est de pertinencia ad favorem personæ superstitis, secus autem ubi hæc demonstrata solum esset pro periculo vitæ, ad commodum tamen acquirentis, juxta ea, quæ præsertim in proposito officiorum vacabilium habentur pluries in dicta sua materia sub tit. de Regalibus, ac etiam sub tit. Societ. officiorum, cum istæ

istæ quoque frequenter, de pecunia unius, & ad ejus commodum, contrarij soleant sub periculo vitæ alterius quamvis extranei ita solum demonstrati.

Quoverò ad objectam nullitatem hujusmodi donationis ob non servatas solemnitates, ut supra requisitas, duas dabam responsoes; Primò scilicet, quod dictæ solemnitates non requiruntur in illis donationibus, quæ non ordinantur principaliter, neque in eis consistit contractus, sed consequenter sed tacite, ac virtualiter ex juriurum dispositione resultant, ex generaliter firmatis apud Buratt. dec. 408. nu. 5. & in his terminis reservationis decreti super officio apud Dunozei. dec. 560. & 579. & dec. 41. p. 9. rec. quæ sunt in eadem causa, & habetur dicto tit. de Regalibus.

Et secundo, quod ex firmatis in proximè allegatis decisionibus, ac insinuatis dicto disc. 24. de Regal. ista implicita donatio, quæ resultat ex hac reservatione ad favorem aliterius post mortem primi reservatarii, vel acquirentis, dicitur donatio causa mortis potius quam inter vivos, quasi quod substantia in tempore mortis collata sit; Et consequenter dictæ solemnitates non requiruntur, ut ex doctrina Bart. in l. filius fam. n. 1. ff. de donat. cæteris relatis habetur apud Pich. ad Statut. glof. 7. nu. 46. Rota apud Buratt. dec. 461. nu. 2. & apud Dunozei. dicta dec. 560. num. 20. & 579. nu. 21. & seq. & dicta dec. 41. p. 9. recent. & in aliis, cum sit conclusio vera.

Ex ea nimium probabilis & convincenti ratione, quod hujusmodi solemnitates introductæ sunt ad occurrendum circumventionibus, ac læsionibus, & præjudiciis, resultantibus præsertim ex donatione, quæ importat perdere, atque actum de sui natura læsivum ac præjudiciale continet, etideo desideranda non veniunt in donationibus causa mortis, ob cessantem dictam rationem læsionis, ac præjudicii, ob liberam facultatem revocandi quandocumque, ac ob eandem rationem, ob quam solemnitates non desiderantur, in ultimis voluntatibus, quarum naturam, in facto esse, ac spectato effectu donationis causa mortis sortiuntur, quamvis in fieri speciem contractus habeant, ut infra ad hanc materiam donationis causa mortis pluries habetur.

Ex his duabus responsoibus, (reflectendo ad veritatem) solida, & concludens videbatur prima; Tum ex dicta propositione generali, ut solemnitates, quæ desiderantur in actu principaliter ordinato, desiderandæ non veniant in illo, qui virtualiter ex legis potentia, vel subintellectu ex alio actu resultat; Tum etiam ex ratione communi usus, & commercii, ob quam rationem non requiruntur hujusmodi solemnitates in illis donationibus, quæ manualiter, ac de facto fiunt de pecunia, & gemmis, aliique mobilibus manualibus; juxta plene firmata per Rotam apud Merlin. dec. 692. repetit. dec. 69. p. 7. recent. ac etiam dec. 315. p. 11. de cuius casu habetur mentio in dicto tit. de Regal. disc. 11.

Non tamen placebat altera responso, (quamvis illa fortè majorem plausum habuerit ob dictas speciales auctoritates,) quoniam cum non ageretur de stipulatione facta per patrem ad favorem filiorum de juriurum titulo oneroso acquisitis, quo casu ob prohibitam donationem inter patrem, & filium in potestate, id remanet in terminis peculii profectitii ex deductis sup. disc. 2. ac etiam infra in aliis, sed ageretur de actu facto per matrem, in qua non intrat hæc prohibitio, hinc adesse diceretur valida donatio ab initio inter vivos, juxta ea, quæ habentur dicto disc. 24. sub tit. de Regal. Potissimè dum non reservatur jus census ad favorem filiarum post ipsius mortem, ad quam substantia donationis collata esset, sed ex tunc dicebatur ad ipsos matrem & filios spectare debere; Quia tamen per scribentes in contrarium, id motivatum non fuit, idcirco desuit occasio disputandi hunc punctum.

Quoverò ad dicti census valuationem, ad effectum impingendi legitimam ex aliis bonis hæreditariis detrahendam, quodque nullatenus attendenda esset computatio contenta in l. hæreditatum; Deducebam eadem, quæ in hoc proposito valuationis locorum montium vinculatorum habentur deducta eodem tit. de Regal. ad materiam locorum montium disc. 30. ac etiam habetur infra disc. 54. ubi id particulariter discutitur.

Et quidem, quo magis ad id reflectenti occasione habui, eo magis hoc assumptum proferri fabulosum credidi; Tum ex ibi ponderatis rationibus, quod scilicet non omnium hominum æqualis est vita, æqualique habitus, sed complexio, ac valetudo, Tum etiam quia, cum in dicta lege datur casus, ut in juvene, vita per 30. annos valere-

Card. de Luca Lib. VII.

tur, ita esse dare, quo in tertia parte plus valeret jus vitalitium, quam valeat dominium, vel jus perpetuum, quod juxta receptam glof. in autb. perpetua Cod. de Sacros. Ecclos. (nisi mos regionis, alioque facti circumstantiæ contrarium in pluri, vel minori laudeant;) valuationem recipit à fructu 20. annorum.

Considerabam quoque, quod si ita esset, dum iste census per Ecclesiam venditus ad vitam trium personarum, quarum duæ erant de tempore contractus in adolescentia, undè propterea juxta dicti textus computationem earum vita calculanda veniebat pro annis 30. creati debuisset cum longè majori pretio etiam ultra duplum, & tamen per diligentissimos, ac zelantissimos dictæ Ecclesie administratores, ex motivo utilitatis, ac ad industriam ita creatus erat, cum moderato fructu octo pro centenario; Ita etiam totius Orbis communi usu docente; Et fortius, quia licet dictæ vitæ trium personarum non multiplicarent annos, dum 16 omnium pariformis cursus habebatur, attamen abque dubio id auger de pretio, seu valore, ratione minoris periculi, ac verisimiliter magis duraturus juris, undè propterea sine dubio, pro longè majori pretio venditur bona ad vitam duorum, quam unius, licet ætas esset æqualis juxta casum de quo sub tit. de empt. & vendit. disc. 1.

Ideoque dicebam, hanc valuationem, ex judicio proxerentiarum, ac peritorum in hac specie commercii juris vitalitii, faciendam esse cum proportione, quæ in regulis arithmeticis habetur, quod scilicet dum hoc jus pluribus annis præcedentibus, ad vitam trium tunc juniorum, valutatum fuit pro scutis 600. quanti nunc, quæ proportione, valutandum esset ad vitam unius tantum videbatur senioris, istaque in hujusmodi controversia mihi videbatur veritas, quam etiam, ut supra, Judex agnovit.

ANNOT. AD DISC. XXXIV.

De æstimatione juriurum ad vitam habetur alibi actum, & signanter sub tit. de Regal. discurs. 30. & latius infra hoc tit. disc. 54. & disc. 66. tit. de Hæred. disc. 34. & de Legitim. & Detract. disc. 36. & alibi.

De enunciata in præsentibus discursu Romana, sed Albanen. Vitæ habetur in hoc tit. disc. 61.

EUGUBINA DONATIONIS PRO BAPTISTIS CUM HIERONYMO MENGACCIO.

Casus disputatus coram A. C. in possessorio, resolutus pro Hieronymo.

De Decretis Ducalibus Status Urbini super solemnitatibus adhibendis in donationibus, an vigeant hodie post dicti Status evolutionem, Et præsertim in locum habeant in Civitate Eugubina; Et quatenus iniquum quid ubi accedat juramentum, vel fianc extra territorium; Et an donatio facta per uxorem filii viri, cadat sub prohibitione donationis inter conjuges.

S U M M A R I U M.

- 1 Adli series.
2 Etiam in possessorio disputatur de meritis, i & de ratione.
3 De responso Andreoli in hac eadem causa.
4 Donatio facta filio viri dicitur facta ipse viro, & cadit sub prohibitione.
5 Lex debet publicari in loco, ut officiat.
6 Leges editæ per feudatarium cessant feudo devolutio.
7 Quod multa deducant Consulentes contra præsentium sensum.
8 Doctores loquenti dubitatio, & de auditu non deservit.
9 Minusque in iis, quæ consistunt in facto.
10 De decretis Ducalibus Status Urbini ejusque declarationibus.
11 Lex nova edita per viam declarationis retrotrahitur ad præterita.
12 Fortius ubi idem est Legislator.
13 Declaratur conclusio, de qua n. 6.
14 An & quando actus jurati subjacent statutis laicalibus.
15 Quod non sit deserendum Consulenti, & de ratione.
16 De indirecta enervatione juramenti, & quomodo fiat per statuta laicalia.

17 An. & quando contractus extra territorium non servata forma statuti valeant.
18 De conclusione, de qua nu. 4.

D I S C. XXXV.

1 Lucretia Mengaccia Eugubina, uxor Caesaris Cantagallinae Perusini, degens cum viro in territorio Perusino, contemplatione matrimonii contrahendi inter Carolum dicti Caesaris filium ex prima uxore, & Eusebium ipsius Lucretiae forem, donavit ejus bona dicto Carolo, quo defuncto, inter illos de Baptista eius haeredes, vel donatarios, & Hieronymum dictae Lucretiae haeredem, vel donatarium, super bonis donatis orta est litis coram A.C. in possessorio tantum determinata ad favorem dicti successoris donatricis, ratione melius justificatae possessionis anterioris, incertumque est, an causa in petitorio ulteriore progressum habuerit, dum amplius de illa actum non audivi.

2 Quamvis autem principalis disputatio esset in possessorio retinenda, nihilominus, juxta Curiae stylium, incidenter actum quoque fuit de meritis negotii principalis, utpote nimium in fluere solitis ad possessorii determinationem; Licet enim generalis juris propositio sit, quod in hoc iudicio non queritur de iustitia, vel iniustitia, sed attenditur nudam factam possessionem, attamen iustitia nimium in consideratione haberi solet, ubi praeterit concurrentibus actibus possessoriis hinc inde, non agitur de omnino clara anteriori possessione unius.

3 Quatenus igitur pertinet ad merita, defensores Hieronymi dictam donationem impugnantis, freti auctoritate Andreoli in responso edito super hujus donationis invaliditate jam impresso de tempore hujus disputationis inter ejus controversas fas 6. contrav. 414. duo deducebant fundamenta. Primum scilicet, quod servata non essent solemnitates praescriptae in decretis ducalibus Ducum Urbini.

4 Et secundo, quod ageretur de prohibita donatione inter conjuges, quamvis non viro, sed ejus filio illa facta esset, quoniam ex vulgari propositione, ut quidquid acquirit filius acquirit patri, idem sit donare filio, ac patri, juxta textum in l. 3. §. qui in eisdem potestate ff. de donat. inter vir. & uxor. cum concordant. deductis per Andreol. ubi supra, à quo totum deducebatur.

5 Scribens Ego pro donatario, vel ab eo causam habentibus, quatenus pertinet ad primum fundamentum, dicebam ex pluribus dictum defectum solemnitatum ob stare non debere; Primum scilicet, quod decreta Ducalia in hac Civitate Eugubina publicata non essent, ideoque vim legis habere non deberent, cum unum ex legis requisitis sit illud publicatio in loco, ut in his individualibus terminis firmat. Conciol. alleg. 39. n. 1. ubi late concordantes; Secundo, quod ubi etiam de temporibus Ducum, adimpletis omnibus requisitis, legis vim habuissent, adhuc tamen ob Status devolutionem, ac resolutionem cujusvisque juris legislatoris, illa evanuiscent ad vulg. text. in l. lex veltigali ff. de pri. gnor. ut in specie habetur per Rot. in Urbinate. pecuniaria 13 Junii 1668. coram Vicecomite; Tertio ubi etiam dicta decreta vigerent, adhuc tamen, ratione juramenti, ac etiam cessantis fraudis, cuius ratione eadem decreta prodierunt, intrare non deberent; Et quarto demum, quod donatio facta esset extra territorium statuentis, ideoque ejusdem solemnitatibus non subjaceret, ut infra.

6 Quamvis autem haec deducerem Advocati more ad causae oportunitatem, attamen excepto hoc ultimo fundamento, quod ageretur de actu extra territorium, reliqua omnia (reflexendo ad veritatem) parum tuta videbatur, ut ab initio, juxta stylium, paribus vel agentibus pro eis insinuavi; Quatenus enim pertinet ad primum deductum ex defectu publicationis; Illud in primis advertebam, quod nullatenus assertioni aliquo docti amici mei Conciol. dicta alleg. 39. n. 1. deferendum erat; Tum quia ipse, agendo de Oppido Cantianis ejus patria, incidenter, & à simili loquitur de hac Civitate Eugubina, subdubius, & ex incerta traditione, unde propterea si etiam ageretur de teste super iis, quae nudi facti sunt, deponente de auditu in genere, absque bene distincta causae scientia, nullatenus deferendum esset, juxta satis vulgarem conclusionem, quam in foro frequentum habemus, & in sua probationum materia sub tit. de iudic. pluries deductam.

7 Tum etiam quia, circa ea quae facti sunt, & in specie circa consuetudines particulares locorum, non deferitur DD. attestantibus, quamvis essent versati in regione, juxta opinionem quam Rota sequitur, ut apud Mantica

dec. 377. n. 6. dec. 574. n. 17. & seq. p. 4. recent. tom. 3. & dec. 193. n. 13. p. 6. in Salmonem. distribucionum 20. Januarii 1653. coram Bichio, & in aliis; Multo magis ubi non est veritatis in loco, atque loquitur subdubius.

8 Et ulterius omnis dubietas cessare videbatur ex eo, quod potius constat de contrariis; Siquidem in hoc proposito duo habentur decreta Ducalia; Unum antiquum ed. tum de anno 1651. super cuius vi in hac Civitate non est dubitatum, quomodo cum eius indubitato praesupposito Eugen. conf. 14. lib. 1. pro subsistenda consimili donatione facta per mulierem Eugubinam, plura ponderat ex dictis fundamentis; Cumque hujus Auctoritas consilia in volumine redacta, publicae luci edita essent, ac propterea ob istius Doctoris auctoritatem, ac tot limitationes, praefatum Decretum penè inane remaneret; Hinc proinde idem Dux de anno 1621. per viam declarationis potius, quam novae legis, aliud edidit decretum, per quod praesice occurrit omnibus limitationibus in dicto Eugeniensi consilio deductis, adimendo scilicet vim juramento per consuetam directam viam, per quam legibus laicalibus id conceditur, quod alias directè negatur, praesumendo actum dolosum, sed per vim, & metum gestum esse, nec non per amplissima verba decernendo solemnitates requiri ex quacumque causa id sequatur, unde propterea plurimum sententia est, quamvis non admisa, ut neque donatio contemplatione certi, ac determinati matrimonii ad id sufficiat, ex deductis supra disc. 2.

9 Cum itaque id, non per viam legis novae, sed per viam declarationis dictae legis antiquae proderit, ita resultabat requisitas non esse solemnitates, quae in lege omnino nova desiderantur, unde propterea quamvis de natura novae legis sit respiciere solum futura, non autem trahi ad praeterita nisi expresse dicatur, attamen ubi agitur de lege prodita per viam declarationis, habet oculos retro, ac trahitur etiam ad praeterita ex collectis per Farinacc. in fragm. verbo Lex. n. 51. cum seqq.

10 Idque fortius, & abique dubio procedit accedente circumstantia, de qua in hac facti specie, quod prima lex ad cuius declarationem altera prodidit, edita erat ab eodem legislatore, ita declarante quid in animo habuerit ab initio, tunc etenim intrat frequens, ac recepta conclusio deducta ex text. in l. adeo ff. de acquir. rerum domin. quod qui declarat, nihil de novo facit, sed quod jam factum sit, nobisque obscurum remanet, melius asperit, juxta ibi deductum exemplum excipientis grana à spicis.

11 Quo verò ad alterum motivum resolutionis legum ob fendi devolutionem, ac resolutionem juris legislatoris; Quamvis vera sit regula superioris insinuat, attamen ex iis, quae habentur sub tit. de feud. disc. 83. ac etiam supra d. disc. 2. & dictum fuit pluries per Rotam praesertim dec. 41. n. 7. dec. 50. n. 2. 3. & dec. 51. post Patell. devolutione sequuta, primus Gubernator per Urban. VIII. deputatus, ex istius oraculo, ejus edicto cavet, ut continuari deberet cum eisdem legibus, cum quibus prius vivebatur; Idque nimium verisimile videtur, quod Urbanus mandaverit imitando quod prudenter egit Clemens VIII. in devolutione facta, quod praeferat, ut scilicet illi populi libentius vivant cum antiquis eorum legibus, ac styliis; Atque occasione dictae alterius causae Eugubinae, quae pendit in Rota, & de qua habebitur hoc ed. tit. in supplemento, justificatum quoque fuit per attestaciones plurimum Curialium hujus Eugubinae Civitatis, ac etiam per Cardinalem Legato adeo quod quid obiter dicatur in d. Urbinate. coram Vicecomite, in praeterea alia Eugubina, in qua eadem decisio deducebatur, id habitum fuerit pro certo, quamvis pro validitate retrodonationis responsum fuerit ex aliis motivis.

12 Et ad tertium motivum juramenti; Quamvis ultra generalia, de quibus super conclusione, ut actus jurati non subjaceant statutis laicalibus, habentur sub tit. de dote disc. 143. ac pluries sub tit. de alien. & contrah. In terminis specialibus istorum decretorum deducere ea, quae habentur apud Eugen. d. conf. 14. & recentius per Andreol. contrav. 6. n. 37. & seqq. Attamen quod Eugen. responso patet ex supra deductis, quod scilicet ipse loquitur attento primo decreto, priusquam prodierit secundum declaratorium, cui dictum consilium causam dedit.

13 Et quoad Andreol. inculcabam errorem saepius inculcare solum deferendi Consulentibus publicae luci edentibus eorum responsa, vel allegationes ad causarum oportunitatem, prout jacent, dum idem in contrav. 55. nu. 12. & seq. firmare conatur invaliditatem actus ex defectu hujusmodi solemnitatum, quamvis ibidem n. 3. enunciet, ac proponat agi

ROMANA SCUTOR. XXX. MIL. PRO CONVENTU SUPRA MINERVAM CUM ECCLESIA NATIONIS PICENORUM.

Casus variè discussus per Rotam.

Facta donatione uni aliquorum bonorum sub reservatione usufructus, & redditus ad favorem alterius, cui data sit facultas disponendi etiam in morte de eorumdem bonorum proprietate in parte, an dictae facultatis concessio importet perfectam, ac irrevocabilem donationem, Vel potius revocari, seu minui, aut primo donatario remitti valeat.

S U M M A R I U M.

1 Agi de contractu jurato, ideoque incertum remanet an uno, vel altero loco veritatem dicat.

2 Et quamvis illa indirecta juramenti enervatio, quae Statutis laicalibus conceditur, adimendo fidem scripturae, vel inducendo praesumptionem doli, vel metus &c. importet solum simplicem juramenti veritatem, ex deductis d. disc. 143. de dote, & d. tit. de alien. & contrah. nam alias si induceret praesumptionem juris, & de jure, accolleret contrariam probationem, ita esset directè tollere vim juramenti, eique dispensare, Attamen id rectè procedit in casu, quo hujusmodi extrinseca probatio accedat saltem adimulativa, & per fortiores praesumptiones dictam juris praesumptionem suffocantes; Secus autem ubi dicta probatio non accedit, sed desumi praetenditur, ex qualitate personarum, puta quia inter patrem filium &c. cum verius sit id non sufficere, ex collectis per Andreol. d. contrav. 55. atque hoc jure vivimus, quod ubi alia probatio non accedit, statutaria dispositio suam facit operationem.

3 Demum quoad quartum fundamentum, quod donatio facta esset extra territorium in fraudem ex cumulatis per Andreol. d. contrav. 414. ut pluries advertitur sub tit. de alien. & contrah. ita est potius quaestio facti, quam juris, an scilicet id affectatè factum sit cum animo citò redeundi, vel potius absque ista fraude, ita interpretando conf. 45. & 73. Aretin. ex deductis dec. 126. post Penzon. ad Satu. dec. 238. p. 6. rec. & in aliis pluries; Idemque Andreol. ubi supra fatetur, ut, quidquid aliud dicant de inhabilitate proprii subditi extra territorium, verior, ac recepta opinio sit cum dicta distinctione, de qua etiam plene Conciol. d. alleg. 39. ubi in specie de circumstantia militante quoque in isto casu, quod dici non poterat actum gestum esse in fraudem, ac affectatè, dum vir erat Perusinus, in cuius territorio mulier reperiebatur, sequendo virum, juxta dictum praefatum casum, de quo agit Eugen. d. conf. 14. istudque motivum videbatur solum considerabile, ob quod hujusmodi defectus ob stare non deberet.

4 Quamvis enim adesse altera circumstantia, quod donatio facta esset contemplatione matrimonii, ideoque hujusmodi solemnitatibus non subiecta, attamen, quia causa non erat unica, & finalis, idcirco in hoc motivo cum fundamentum consilium non poterat, ex iis quae habentur sub tit. de dote disc. 17. & alibi.

5 Circa verò aliud motivum, cui principaliter quoque innotuit Andreol. dicta contrav. 414. ex eo quod ageretur de donatione facta filio viri, quod idem est, ac facere eadem per supra allegatum text. in l. 3. §. qui in eisdem potestate ff. de donat. inter vir. & uxor. Dicebam ipsum in hoc procedere cum aequivoce manifesto, cum dicti text. dispositio procedat attento jure Digestorum, quando non habebatur illa peculiarium distinctio, quae indicta fuit per novum jus Codicis Justiniani in l. cum oportet Cod. de bon. qualib. unde propterea, quidquid dabatur filio, dari dicebatur patri, cui pleno jure querebatur; Hodie autem id cessat, ut distinguere jus novum, & antiquum, in proposito contractuum filiorum familias, advenit d. titulo de alien. & contrah. disc. 37. & in aliis, adeo, ut non consisto de fraude, in dubio non de facili praesumenda, etiam in terminis fortioribus donationis, quae fiat filiis secundi matrimonii per parentem binum, unde facilis intrat fraus, quae fiat dispositioni text. in l. hoc ed. tit. C. de 2. nupt. adhuc tamen, ubi extrinseca dictae fraudis adminicula non accedunt, ejus sola suspicio non sufficit ex deductis in sua materia sub tit. de successibus, igitur multo minus in praesenti.

S U M M A R I U M.

- 1 De Decretis Ducalibus Status Urbini.
2 Juramentum quando validet donationem factam filio illegitimo.

ANNOT. ADDISC. XXXV.

DE Decretis Ducalibus Status Urbini, ejusque declarationibus ultra de iudic. in praesenti disc. videri poterunt ea quae habentur infra in hoc eodem tit. in Eugubina Donationis disc. 68.

Juramentum an & quando subsistat donationem alias invalidam, habetur infra disc. 62. occasione agendi de articulo, an valeat donatio facta per patrem filio illegitimo, si filios legitimos haberet.

- 1 FAS series.
2 Resolutiones causae.
3 In quo consistat controversae punctus.
4 De duobus consil. Baldi, quae in materia involtem punire videntur.
5 De distinctione conciliativa an actus importet donationem vel mandatum.
6 De eodem, & quod ubi importat mandatum, facilius sit revocabile ve integra.
7 Quod sit quaestio facti, & applicationis, an de una, vel altera specie agatur.
8 An onus adjectum primo donatario ad favorem tertii possit adnotare remitti.
9 De stipulatione Notarii pro interessatis contenta in obligatione Camerali.
10 Ubi est mandatum, est revocabile, ubi vero est donatio, praesumptum acceptatio ex scientia.
11 Quid operetur juramentum, vel dicta stipulatio Notarii sub obligatione Camerali.
12 De conclusione, quod ea, quae sunt in facultate, non dicuntur in bonis nostris quomodo procedat, ac intelligenda sit.
13 Quod mandatum de sui natura sit revocabile.
14 Quid operetur conditio, ut non facta dispositione, bona remaneant penes primum donatarium.
15 In competentibus ex contractu in rei transmissio, non autem caducatio.
16 In quaestionibus facti, utpote arbitrariis non datur certa regula generalis.
17 Ponderatur aequitas, seu verisimilitudo pro facultate revocandi.
18 Donatoris declarationi in dubio est deferendum.
19 An obtinens ex dispositione nominantis, vel facultataris agnoscat istum, vel primum testatorem in ejus auctoritate.
20 De dispositione in eadem materia.
21 Qualis videatur proprius casus controversae.

D I S C. XXXVI.

Donavit Joannes Andreas Castellanus omnia ejus bona Ecclesiae Nationali Picenorum Urbis, sub nuncupatione Almæ Domus Lauretanae, sub diversis legibus, ac oneribus, ac praesertim sub reservatione annui redditus scutorum bis mille ad favorem Joannis Mariae ejus fratris ad vitam, data eidem facultate disponendi in morte de bonis in sorte principali pro summa scutorum 36. mil. ita tamen quod dicta facultate ad exercitium non deducta, remaneret omnia bona Ecclesiae donatariae; Cum autem postea donator, dictam disponendi facultatem moderatim esset, illam reducendo ad scuta re. m. dictusque Joannes Maria praetendens primam concessionem irrevocabilem esse de integra summa scutorum 30. mil. disposisset ad favorem Conventus S. Mariae supra Minervam ordinis S. Dominici, Hinc orta desuper controversa, introducta causa in Rota coram Albergato, ad favorem dicti Conventus adoris prodidit resolutio sub die 23. Januarii 1658. super pertinentia integræ summæ scutor. 30. m. Reproposita verò causa coram eodem, sub die 9. Aprilis 1660. recedendo à decisio dictum fuit solum 10. m. deberi; istaque posterior resolutio confirmata 21. Junii 1661. & in hoc statu causa pendet, dictaque posteriores resolutiones habentur impressae post collectat. Bonden. dec. 77. & 90.

In hujusmodi autem disputationibus, cardo quaestionis restringebatur ad punctum, an concessio dictae facultatis



Posita autem facultate revocandi, intrabat implicita revocatio resultans ex iniunctis, & subsequuta thori separatione ad text. in l. cum hic status §. si divorcium ff. de donat. inter vir. & ux. & post antiquiores ab eis relatos Menoch. lib. 3. presumpt. 37. nu. 17. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 1. §. nu. 10. & 14. ubi nu. 15. in fine ex Lopez advertit id procedere, quoniam ex facto, seu culpa ipsius viri prodierit, quoniam ad regulandum animum, spectatur effectus inde sequens, non autem causa productiva, ac etiam ob sequutam donationem alteri factam pleno iure, cum expressa declaratione animi, eatenus obligandi donatarium, quatenus obsequeretur reconciliatio.

Neque agitare dicebam, quod dicta promissio facta esset ex causa augmenti dotis, quoniam cum dos, nomen, ac effectum recipiat a matrimonio, sine quo non datur, ut in sua materia sub tit. de dose, Hinc proinde promissio dotis in tempore soluti matrimonii, invalida est, ad text. in l. Julia ff. de iur. dot. cum concordant. collectis per Cyriac. d. contr. 88. nu. 2.

Reflectendo autem ad veritatem, magnam sententiam difficultatem contra donatarium requirentem meam operam, ideoque pro stylo (Dei gratia nunquam violata, multum quidem ac assidue peccando in intellectu in hoc munere, nunquam vero in voluntate) id liber infirma vi, consulendo, ut curare eo meliori quo posset modo, se concordare, an credo sequatur esse.

Dubitandi autem ratio in eo residebat, quod ageretur de conventionem corref pectiva matrimonium, ac dotis constitutionem, quae propter dicitur pars contractus matrimonialis, ac dotis, eisque augmentum potius quam donatio, iuxta distinctionem, quae inter augmentum voluntarium constante matrimonio, ac istud in ipso actu contrahendi habetur sub tit. de dose disc. 165. & pluries supra hoc eodem titulo; Unde propter perfectam mulieris ius ab initio contractum fuit, abique necessitate recurrendi ad questionem examinatam in Albanen. dotis coram Merlino, inter suas decif. 80. & repet. post Zach. de oblig. Cameral. decif. 245. pluries in precedentibus infirmatam, & in qua pro consuetudine moderno pragmatico stylo, unice se fundabant scribentes pro dicta muliere, cum vere non essent in terminis purae donationis.

Neque ob stare videbatur conclusio proximè infirmata de invalida constitutione dotis post dissolutum matrimonium, quoniam id procedit, quando substantia donationis in dictum tempus confertur, adeo ut interim mulier indotata esse debeat, secus autem ubi constituitur augmentum effectum fortiterum potius mortem viri pro pinguiori mulieris provisione; Vel pro aliis nuptiis digne contrahendis; Vel ut in statu viduitatis congruentius pro ipsius defuncti viri memoria se subsistere valeat, iuxta ea, quae in hoc proposito habentur sub tit. de dose disc. 27. Ideo enim effectus huius augmenti post mortem viri differtur, quia illud est tempus, in quo mulier hac provisione indiget, cum ipso viro vivente, utpote ab eo provisiva, hoc non indigeat, ut disc. disc. 27. de dose.

Hinc proinde advertebam, non subsistere primum fundamentum, quod hae dicitur potest donatio causa mortis, cuius substantia in tempore mortis collata esset, dum verè isti termini non intrabant, Minuque alii, de quibus agunt Sanchez, & alii Hispani, per eum relati, agentes de conventionibus reciprocis, ubi usitatus per quandam speciem hereditamenti, ac iuxta terminos, de quibus in secundo fundamento pacti per successorem ad materiam text. in l. padium quod dotali c. de pact.

Et nihilominus in his terminis advertebam, quod aliqua difficultas caderet, ubi ageretur, de quota haereditatis, in quibus terminis loquuntur dictae decisiones, de quarum etiam substantia nimum dubitari potest, ex deductis sub tit. de renunc. sub altera de haereditate, & sub tit. de fi. decif. disc. 147. Sed ubi agitur de certa, tunc nulla cadit disputatio, ut locis citatis, Et hic erat casus, dum agebatur de usufructu, qui rem certam sine dubio importat.

ANNOT. AD DISC. XXXVII. & seqq.

Quando donatio dicitur inter vivos, vel causa mortis, & quomodo ab altera distinguitur, videantur deducta in hoc tit. disc. 68. ubi in specie tangitur articulus de quo in praesent. dec. 37. an scilicet donatio facta periculum ad bellum, censenda sit inter vivos, vel causa mortis.

Et iuxta praemissa in isto casu decisum fuit postea per Rot. contra donatarium, ut patet ex dec. 166. & 289. par. 14. recent.

Mentio autem mortis quando respicere dicitur substantiam, vel potius executionem dispositionis notatum fuit supra dec. 8. & 9.

ROMANA DONATIONIS DE VIDMAN PRO HAEREDIBUS COMITIS VIDMAN. CUM FRANCISCO TOPHANO.

Responsum pro veritate.

An donatio inita sub commemoratione mortis, praesertim per militem, seu accessurum ad bellum, dicitur inter vivos, vel causa mortis, & quomodo una ab altera distinguatur.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Regulariter mentio mortis facit donationem causa mortis.
- 3 Et an aliud requisitum desideretur.
- 4 Quando mors dicitur percute substantiam, vel executionem.
- 5 Expenduntur conjecturae pro donatione inter vivos quodque mori sit pro dilatione, seu executione, & primo, ubi est donatio ob meritum, quod declaratur.
- 6 Altera conjectura ex clausula omni modo meliori.
- 7 Quid de illa omisi numeri quinque testium.
- 8 Et quid de irrevocabilitate.
- 9 Quae circumstantiae requiruntur, ut donatio facta sub mentione mortis transeat in donatione inter vivos.
- 10 Privilegia militaria circa ultimas voluntates quando procedant.
- 11 De Statuto Ferrariae, circa donationes.
- 12 Infirmitas non requiritur in donatione annuae praestationis ad vitam.
- 13 In conjecturalibus, & arbitrariis certum iudicium dari non potest.

DISC. XXXVIII.

COMES DAVID VIDMAN, cum Ferrariae moraretur militando pro servitio Sedis Apostolicae, in bello, quod haec sublinebat cum aliquibus finitimis Principibus, de anno 1643. per apocam privatam voluit, ac disposuit, obligatos esse debere ejus haeredes ad praestandum Francisco Tophano ejus vita durante annua scuta 200. monetarum, declarando illam esse ejus ultimam voluntatem irrevocabilem; Unde sequuta morte dicti Comitis de anno 1659. condito testamento, in quod scriptis haereditibus nepotibus ex fratre, declarata fuit revocare quascumque praecedentes dispositiones revocabiles, orta est controversia cum dicto Tophano vivente, an dicta donatio esset revocabilis, necne, ut proinde sub dicta generali revocatione aderet, atque pro veritate ex parte d. haereditum confusus, priusquam lis assumeretur, respondi ut sequitur.

Regula est, quod ubi in donatione fit mentio mortis, illa censetur potius causa mortis, quam inter vivos iuxta text. litteralem in l. seia ff. de dose praedicta glo. in l. quae dotis ff. solut. matrim. ubi communiter scribentes, de quibus Barbof. ibidem n. 94. Clar. §. donatio q. 4. n. 4. Craff. de success. §. donatio causa mortis q. 10. n. 2. Mantic. de conjec. lib. 1. tit. 1. 3. n. 4. Menoch. lib. 3. presumpt. 35. n. 1. Fontanell. de pact. claus. 4. glo. 3. nu. 1. Franch. dec. 4. 16. nu. 2. Burat. dec. 581. nu. 1. & ceteri communiter.

Et licet aliqui, non simpliciter mortis mentione contententur, sed etiam desiderant, ut in illius tempore donatio collata sit, ut per Clar. d. q. 4. in fine, cum quo petraferunt Mantic. & Menoch. locis citatis, quod acriter impugnat Barbof. ubi supra; Artamen quidquid fit de hoc articulo, opus non erit ejus disputationem assumere, dum quae sit cessabit ex facto, in quo utrumque concurrerit, mentio scilicet mortis, atque in illa donatio collata erat, dirigendo obligationem ad haeredes, & fortius dum facta erat donatio pro militem actu militantem, quando mortis cogitatio magis proximè habetur, ut in Eugubina hoc tit. in supplemento.

Quaestio enim est inter DD. an simplex mentio mortis sufficiat ad faciendam talem donationem, vel etiam requiratur illius cogitatio, quae fit ipsius donationis causa, vel occasio, quia neque donans esse infirmus, five iturus ad bellum, vel ultra mare, quando id est incertum, ut hinc inde bene agit Franch. d. dec. 436. n. 2. & 3. unde quidquid esset de unius, vel alterius opinionis veritate, de quo in d. Eugubina cessat.

cessabat omnis quaestio ex dicta circumstantia, quod donatio facta est occasione belli actualis.

Verum quia regula haec procedit, ubi substantia donationis collata est in tempore mortis, secus autem, ubi mors gratia dilationis seu executionis adiecta est iuxta communem omnium distinctionem; Hinc proinde nodosa quaestio intrat in proposito super hac facti circumstantia iudicanda, quando scilicet mors dicitur, substantiam, vel simplicem dilationem percute, illa vero communi omnium voto deciditur ex conjecturis, ac praesumptionibus, quibus cessantibus potius substantiam percute dicitur, ut plene Barb. in d. l. quae dotis num. 109. cum seq. Mantic. & Menoch. loc. cit. Magon. decif. Luens. 87. num. 2. Galeot. lib. 2. contr. 11. num. 4. & seq. Franch. ubi supra & ceteri, itaut quaestio sit potius facti, & voluntatis, quam juris, an scilicet tales concurrant conjecturae quae mortis mentionem ad solam dilationem trahant, ideoque donationem inter vivos potius suadeat quam causa mortis.

Plures autem conjecturae concurrere videbantur pro donatione inter vivos; Quarum prima resultat ex eo, quod narratur merita obligatoria, ut in specie post alios firmant Magon. dec. Luens. 84. num. 4. cum duob. seq. Menoch. lib. 3. presumpt. 35. n. 13. Mantic. de conjec. d. lib. 1. tit. 1. 3. n. 14. Verum valde levis est ista conjectura, quoniam etiam donationes causa mortis propter gratitudinem, & ex motivo alicujus antidotalis obligationis fieri solent, ut bene observat Mant. loca supra cit. Maxime quia merita non sunt deducta ad aliquam speciem, sed per verba nimis vaga, & generalia expressa fuerunt, ut distinguendo inter merita deducta ad speciem, quamvis non probata, & illa sic generaliter enunciata, late firmantur in Sarsinaten. feudis coram Duno-zetto, dec. 748. & 760. ubi concordantur, ideoque ista conjectura, vel nullius, vel satis levis ponderis esse videtur.

Secunda conjectura deduci poterat ex illis verbis, nella piu ampia forma, che mai possa, quasi quod importent clausulam, omni modo meliori, per quam donatio interpretatur potius inter vivos, quam causa mortis, ut dec. 366. n. 11. cum seq. par. 1. divers. Menoch. d. presumpt. 35. nu. 14. Verum ista etiam conjectura non multiplicanda videbatur, quoniam verba obligatoria non erant directa in ipsum donatorem, sed in ejus haeredes, qui pariformiter tam ex donatione inter vivos, quam ex illa causa mortis obligati remanent; Quinimo praesupposita morte donatoris, magis expedire videtur donatario ut sit donatio causa mortis, quoniam ita tutus redditur ad quacumque nullitate, quae ex defectu infirmationis, vel solemnitate praetendi possit, atque, utcumque sit, negari non potest esse conjecturam valde aequivocam.

Tertia oriebatur conjectura ex omisso interventu quinque testium in donationibus causa mortis adhibendorum, quia, ne dicitur donatorem facere voluisse actum profluum, inutilem, intelligitur facta inter vivos, Mantic. d. tit. 1. 3. n. 25. Menoch. d. presumpt. 35. n. 5. Cyriac. contr. 314. n. 14. Rot. decif. 9. n. 15. & seqq. par. 7. rec. alias apud Merlin. decif. 664.

Ita conjectura est alicujus ponderis, ubi concurrunt aliae jam considerabiles conjecturae, quam verba, aliaque circumstantiae, ex quibus probabiliter deduci valeat, ut potius inter vivos, quam causa mortis disponens donare voluerit, alias enim si verba, vel potentiores conjecturae contrarium suadeant, illa remanet nullius ponderis, quoniam de vento essent leges praeribentes numerum quinque testium sub poena nullitatis actus, si tali numero deficiente, ille resolvendus esset in donationem inter vivos, ut bene observat Barbof. d. l. quae dotis n. 107. ex Angel. conf. 254. cui ceteri subscribunt, ideoque id praebet aliquod adminiculum, quod in casu fati dubio junctum cum aliis videtur alicujus operationis, sed per se non videtur multum considerabile, maxime quia neque duos testes in donationibus inter vivos adhiberi solitos donator adhibuit; Ac etiam quia licet existens in Civitate tanquam accinctus ad quotidianum belli conflictum credere potuit, quod more militari absque testium interventu etiam per ultimam voluntatem disponere posset ad text. in l. Marcellus ff. de mortis causa donat. licet sit falsa opinatio, ut disc. 28. de testam.

Quarta accedit omnibus aliis fortior conjectura, (& quae meo iudicio majorem in hoc negotio inferebat difficultatem) resultans ab irrevocabilitate dispositionis in illis verbis, Che questa è la mia ultima volontà irrevocabile; Cum enim irrevocabilitas repugnet naturae, ac substantiae donationis causa mortis, ita dicitur transire in donationem inter vivos iuxta text. expressum in l. ubi ista donatus ff. de donat. caus. mortis, per quem post antiquiores ita plene firmant

Menoch. d. presumpt. 35. nu. 21. cum seqq. Rota d. d. 9. n. 9. cum seq. p. 7. rec. alias dec. 664. apud Merlin.

Super ista limitatione, ac intellectu dicti text. in l. ubi ista donatur, satis certant Doctores, ut est praesertim videre apud Barbof. loco citato, qui ex profecto materiam discutit; Aliqui enim distinguunt inter promissionem de non revocando adiectam in dispositivis, vel exequutivis, quasi quod primo casu operetur transitum ad diversam naturam, secus autem in secundo; Verum in casu, de quo agitur non videbatur super hac distinctione immorandum ob defectum applicationis, dum apocae non continet hujusmodi diversas partes; Alii vero credunt tunc demum irrevocabilitatem operari, quando incerta est donantis voluntas, an uno, vel alio modo donare voluerit, secus autem, ubi, vel ex verbis expressis vel ex aliis circumstantiis certa reddatur voluntas praedicta, quoniam tunc pactum de non revocando tanquam naturae actus contrarium, remanet potius vitiatum ex ratione text. in l. cum precario ff. de precario, quod doctè, ac omnium plenus discitur Barbof. ubi supra n. 120. cum seqq. ubi num. 119. ponderat etiam aliam distinctionem tradi solitam, an scilicet promissio hujusmodi concepta fit per verba universalis, vel potius simplicis & indefinita.

Longum vero esse dicebam veritatem opinionum examinare, praesertim, quia aliorum negotiorum urgentia non concedebat; Verum in casu, de quo agitur, mihi videbatur hujusmodi conjecturam non esse considerabilem; Tum quia ex claris demonstrationibus initio deductis constare videbatur donantem aliud gerere noluisset nisi dispositionem causa mortis, dum se non obligavit, sed direxit dispositionem in haeredes; ac expressè illam vocavit ultimam voluntatem, neque concurrerunt illae aliae circumstantiae, quae apud allegatos infirmul ponderati solent, praesertim apud Merlin. d. dec. 664. alias p. 7. rec.

Tum fortius, quia omnes, qui ex hujusmodi promissione deducunt transitum ad contractum inter vivos, loquuntur in terminis pacti (seu alicujus conventionis habentis naturam contractus gesti donatario praesente), vel saltem Notario pro eo stipulante, & acceptante, five ad minus accedente juramento, per quod iuxta unam opinionem Deo stipulari dicitur; Haec autem omnia cessabant in casu, de quo agitur quoniam irrevocabilitas non adest, nec per viam pacti, nec per viam promissionis, seu alicujus conventionis, sed simpliciter enunciativè adiecta ultimè voluntatis; Et quod magis erat donatario absente, ac nemine pro eo stipulante, unde videbatur verè & proprie esse in casu legati, seu alicujus ultimè voluntatis factae cum expressione irrevocabilitatis, nullatenus attendendae, ut apud omnes proximè allegatos, atque in defensione causae magis distinctè deduci posse advertebam. Et bene verum, quod cum agatur de materia conjecturali, certum ac omnino tutum iudicium dari non potest, cum ob intellectus varietatem, in conjecturalibus quotidie decisiones diversimodè emanare soleant; In hac etenim conjecturali materia redè intrat vulgare dictum, quot capita, tot sententiae &c.

Posita donatione causa mortis, de plano resultat eius substantia, Tum ex defectu numeri testium, nil obstante privilegio militari, quod solum procedit, dum miles sit in Castris, & in acie belli ex plene deductis per Merlin. d. 862. & in Romana testamenti 22. Martii 1656. coram Cerro d. c. 150. par. 12. rec. de qua d. disc. 28. de testam. ideoque non habent locum in gestis in Civitate, Tum etiam quia per subsequens testamentum potuit revocari.

Sed quando dicitur potest donatio inter vivos, adhuc ejus infirmitatem probabiliter praetendi posse dicebam ob non servatam formam Statuti Civitatis Ferrariae, ubi donatio facta fuit lib. 12. tit. 70. & ultimo de donationibus &c. ubi clarè disposuit, quod donatarius teneatur infra tres dies infirmare donationem excedentem valorem centum librarum, sub poena omnimodè nullitatis, de quo Statuto loquitur in specie Riminald. jun. conf. 811. nu. 30. cum seq. & per tot. Est bene verum, quod loquitur de donatione facta donatario praesenti, unde excusabilis quod tamen tempore videatur Statutus subjectus, unde intrare videtur dilemma; Aut donatarius scivit, & acceptavit, & intrat Statutum, quia in termino praefixo denunciationem non fecit; Aut ignoravit, & redè potuit revocari.

Et licet motivari posset, quod Statutum Ferrariae non liget donantem, & donatarium tanquam forenses, replicabam tamen, quod cum agatur de forma, seu solemnitate requisita in contractu, qui celebratur in loco, attendendus est locus celebrati contractus, quamvis inter forenses Rot. d. c. 35. n. 25.